

*116. Instrumentum donationis
inter vivos in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*116. Instrumentum donationis
inter vivos in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1421-12-01

(c. 26v) In nomine domini dominia nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo vicesimo primo, regnante serenissima domina domina nostra Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomanie <sic>, Comanie, [B]ulgarieque regina, , Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnante vero eius anno sexto feliciter amen, die primo mensis decembris, octave indictionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Gaspar de Gannulo annalis iudex civitatis Potentie, Thomas Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra fines Montorii <sic>, Capitinate ac Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico fatemur, notumfacimus et testamur quod predicto die, in nostri presentia constitutus <sic> Angelus Ch(on)t(us) dittus Russus de Potentia, ex una parte, et dominus Gulielmus de Mallari et dominus Gulielmus fratris Antonii de Potentia, priosti ut ipsi disser(un)t ecclesie Santi Girardi de Potentia, tam nomine eorum quam nomine et pro parte dittorum priost[orum] et capituli ac ecclesie Santi Gerardi presentium et futurorum in ditta ecclesia, ex parte altera, predictus quidem Angelus Contus asseruit coram nobis

All'anno 1421 non corrisposero né l'VIII indizione né il VI anno di regno di Giovanna II, sia che si computi per anni interi sia che si ipotizzino gli anni incipienti allungato o abbreviato. Non potendo fare confronti con l'originale, non è possibile stabilire se tali discrasie siano imputabili al trascrittore ovvero al notaio.

se ipsum habere, tenere et possidere iuxto titulo et bona fide, ex successione quondam patris sui et de predecessorum suorum ex urbe Roma oriundorum, certas terras fruttiferas et infruttiferas, arboratas arboribus quertium et aliis arboribus diversorum fruttuum et generis consistentium in predittis terris et aquarum fontes sitas intus tenimentum civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur la Terra ultra flumen; ditti terr(itorii) (con)finis: ab una parte iuxta terras quondam domini Armarii, iuxta vallonum qui vocatur Mile Cutugne et viam per quam itur ad terras Petregalle, iuxta viam per quam itur // (c. 27r) ad terram Canzellarii et fontanam que appellatur le fontane de Ferramen[tis] et alias fines. Igitur quidem assersione <sic> fatta coram nobis, dittus Angelus gerens non vi, dolo, metu ductus, sponte et voluntarie, habens et volens habere p(ri)mam intentionem et donationem aditam, ecclesie Santi Girardi, ut Deus et gloriosus Sanctus Gerardus per eorum m(isericord)iam sibi et quondam parentibus ipsis indulgeat delicta et pe[ccata]k dudum (con)missa per predittum Angelum in hoc seculo et parentes ipsius, propter devotionem puram quam habet erga dittam ecclesiam et habere intendit futuro tempore, in nostra qui supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia eisdem donno Gulielmo Mallone et do(n)no Gulilemo fratris Antonii depositis ut supra, presentibus et recipientibus tam nomine eorum quam nomine et pro parte ditte ecclesie Santi Gerardi et aliorum presbiterorum [et] capituli presentium et futurorum, ditte ecclesie et cap(itu)li iure proprio et in perpetuo tamquam boni meriti et fruttuum debite terminationis condigne dedit, donavit et concessit et traddidit donationis titulo inrevocabiliter inter vivos, perpetuo assignavit e[x] nunc prout ex tunc

predittas omnes terras et machiam per fines et loca superius declaratas, cum omnibus iuribus et pertinentiis ad dittas terras et machiam spettantibus et pertinentibus quoquomodo. Cedens et transferens dittus Angelus Contus donator eisdem prepositis, nomine quo supra, et aliis successive futuris omne ius, omnemque attionem, seu omnia iura et attiones reales et personales et mistas, perhemptorias, petitorias, rei et iuris persecutorias, anormolas obligationes et promissiones quaslibet alias, tacitas et expressas quas et quelibet habere posset ac ei conpeterit et conpetere posset in hoc supradittis terris et machia cum omnibus et singulis iuribus suis. Ita quidem quod libere scit et licitum eisdem // (c. 27v) priostis, prepositis, nomine et pro parte ditte ecclesie, capituli et omnium clericorum presentium et futurorum, ex nunc in antea tenere, perpetuo et pacifice possidere terras et maclam predittas, illisque utifruui et utifruui facere nomine et <ad> opus ecclesie supraditte, omni tempore futurorum, absque contradittione et molestia ipsius donatoris seu alterius sui nomine et possessiones ipse semper sint et esse debeant in potestate, in vero dominio ecclesie supraditte ad habendum, tenendum et possidendum et faciendum in eis et de eis quicquid ecclesie et cap(itu)lo placuerit. Ex qua donatione idem Angelus donator nullum ius nullamque attionem spettantem vel dominium in ea et supradittis possessionibus sibi nec suis heredibus aut alicui alteri p(erson)e quomodolibet reservavit, exceptio q(ui)a ditti clerici et capitulum ditte ecclesie teneantur expresse eidem Angelo donatori do(n)are et concedere libere sepulture cum exequiis intus ecclesiam Santi Girardi et se addere corpus suum in illo sepulcro ubi reposita et cummulata fuerint corpora patris et matris suorum, propter ditta sepultura

et obsequio nulla sibi vel suis successoribus ulla ex inde solutione petita. Et promisit ipse donator <per> se et suos heredes et successores et bona eius omnia sollemniter obligavit per stipulationem sollempnem dittis do(n)no Gulielmo Mallone et do(n)no Gulielmo fratris Antonii prepositis ecclesie memorate, ut supra presentibus et stipulantibus pro se nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum presentium et successive futurorum, donationem ipsam inrevocabiliter fattam ac omnia et singula alia supraditta et infrascripta omni tempore ex nunc inperpetuum ratam, gratam et firmam habere, tenere et observare et in nullo contravenire, facere, opponere vel allegare, in iudicio vel extra, <de> iure vel de facto ad penam et // (c. 28r) sub pena unciarum auri decem, solvendam per medietatem reginali curie vel alteri curie ubi ex inde fatta fuerit reclamatio seu querela et pro reliqua medietate dittis prepositis nomine quo supra vel aliis successive futuris prepositis ditte ecclesie, qui pro tempore [...]tati fuerint persolvendam quam penam, ego predittus notarius puplicus pro parte ditte curie et predittorum prepositorum nomine quo supra fuimus <sic> a ditto donatore sollempniter et legitime stipulantibus; et pena ipsa totiens committatur et exigatur cum effectu, quotiens contra fiet ipsaque pena soluta vel non, soluta aut forte gratiose remissa, presens contrattus nichilominus cum omnibus que in se continet in sua semper maneat roboris firmitate, cum integra refettione dannorum omnium, interesse et expensarum litis et extra que fierent propterea quoquomodo. Et renunciavit dittus Angelus donator, sponte, exceptioni doli mali, vis, metus ac in fantum, preditti non sic celebrati contrattus et rei geste, legi Sansinus, <legi> Si convenerit, fori privilegio, legi Velleani senatori consulto et generaliter omnibus

aliis iuribus et capitulis ac civilibus privilegiis quibus
seu propterea que posset se idem et extra que fierent
propterea quoquomodo. Et renuntiavit dittus Angelus
donator defendere seu tueri in omni curia et foro
ecclesiastico vel seculari. Et propterea dittis omnibus
et singulis firmiter omni futuro tempore observandis et
non contraveniendo, aliqua ratione vel causa, dittus et
extra que fierent propterea quoquomodo. Et renuntiavit
dittus Angelus Contus donator ad santa Dei evangelia
iuramentum prestatit corporalem, volenti et statuenti
expresse quod pena periurii et penam pecuniariam e
converso una per aliam non tollatur, subspenciatur nec
inpediatur set [...] simul et pariter intentari valeant et
exigi cum effettu in uno iudicio vel diversiis. Unde ad
futuram memoriam et omnibus eorum vel cuius interest
et interesse poterit certitudinem et cautelam, presens
puplicum donationis instrumentum ex inde fattum est //
(c. 28v) per manus mei preditti notarii, signo meo solito
signato, mei qui supra iudicis ac nostrum subscriptorum
testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

Così S per Ingannulo

Così S per Mallano (da docc. coevi)

Così S per Tiera

Così S per Aymarii (da docc. coevi)

Così S per prepositis

8

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

Così S per benemeritis

Così S per remunerationis

Così S per condignis

Così S per his

Così S per sit

Così S per excepto

Così S per quod

Così S per liberam sepulturam

Così S per tumulata

Così S per me predicto notario puplico

Così S per Sancimus

Così S per propterque

Così S per volens

Così S per statuens

21

22

23

Quod scripsi ego Thomas puplicus ut supra notarius qui
premissis omnibus rogatus et vocatus interfui ipsumque
meo consueto signo signavi. (SN) Ego qui supra iudex
Gaspar de Inganulo preditta fateor <et> me subscripsi
Ego dominus Antonius de Venusio testis sum Ego
Gerardus de Girardo testis interfui et me subsc(ripsi) Ego
Rubulotta de Garbisio testis sum Ego Sisto de Amico
testis sum

Così S per suspendiatur

Così S per per

Così S per factum